

post ii legitar Suppe.

ecclesiae fecisset. Obiit sub Johanne
papa XXII, anno suo ii.

Episcopus LXXI^{us}.

Nobili viro domino Ludovico
viam carnis universe ingresso ad
regimen ecclesie Metensis successit
filius sororis sue dominus Adema-
rius de Montilmart, archidiaconus
Remensis episcopus Metensis xi, anno
Domini 1328. Hic genere preclarus
fuit et virtuosus, multum fidelis
et animosus, quasi ferrea inimicis
suis calumpna, ut Terentius primo
dicitur: Dedite mihi calumpnam
ferream. Nam accidit, quod quer-
nam habuit cum domino de Rode-
macra, qui cum magna potencia
episcopatum intravit et quasi melio-
res de comitia Luxembourch secum
duxit. Tunc dominus Ademarius
imperlerritus cum suo exercitu
venit contra eos prope sanctum
Naborem, ibidem bellavit et trium-
phavit, ymo circa 90 nobiles
cepit. Sicque terram episcopatus
eripuit de manibus inimicorum
eius et a persequentibus eum, quoniam
qui malignantur extra minabuntur,
ut psalmus dicit. Postea Rodolphus
dux Lothoringie contra eum guerram
movit, quem mirabiliter vastavit,
debitam retributionem sibi retribuens,
et quasi rex gentem suam precedens,

a/Se. primo c.